


D. D. IOAN. FRANC.  
SANFELICII

PATRITII NEAPOLIT.  
& Regentis Cancellariam,

DECISIONVM  
SUPREMORVM TRIBVNALIVM  
REGNI NEAPOLITANI  
TOMVS TERTIVS.

*Cui accesserunt Nota & Additiones FRANCISCE  
& ANTONII SEVERINI*

NUNC PRIMVM IN GALLIIS PRODIT  
*multo castigatior & characterum varietate adornatus.*



LUGDVNI,  
Ex Officina ANISSONIANA.

M. DC. LXXV.  
SUPERIORVM PERMISSV.



ARGVMENTORVM  
ELENCHVS

In huius Tertij Tomi Decisiones.

CCCXXV.



**N**ULLITATES an sint ad-  
mittendae aduersus decretum  
latum in altercatione orta  
inter Ecclesiasticas personas  
super obseruantia remedio-  
rum capitulorum Regni.  
*Page 1*

CCCXXVI.

In Alienatione terrarum a fisco facienda re-  
quirendas esse vniuersitates ipsas quae laedi pos-  
sunt.

CCCXXVII.

Suburbia vendita & separata a ciuitate an  
teneantur contribuere muneribus ciuitatis.

CCCXXVIII.

Salariam duplicatum quando officialis pos-  
sit habere, vbi exercet bina officia non in-  
comparabilia, & plena manu circa hanc mate-  
riam.

Adducantur litterae S. M.

CCCXXIX.

Annorum officium in praedictum electi in-  
fra annum in alium concedi non posse, &  
alia notantur de officio praedicto.

CCCXXX.

Apprehensus in ostio Monasterij clauso, an  
gaudeat Ecclesiae immunitate, & ad quae loca  
dicta immunitas extendatur.

CCCXXXI.

Ius sedendi in eminentiori loco, & cum  
palatiis, & subsellis, an requiri possit  
in Ecclesia ab aliquibus, etiam resistentibus  
nobilibus ciuitatis, & illis de regimine. In  
causa Castellani Batensis cum ciuitate.

CCCXXXII.

Substanti solennitas in bonis fieri viden-  
dis, quando, vel ne requiratur, & remitti possit.

CCCXXXIII.

De praecedentis concedenda priori loco Ele-

cto, non obstante possessione capta ab eo, qui  
posterior habet privilegium, vel nullam ade-  
ptam possessionem: Et de gratis confirmante,  
non retrahenda in tertij praedictum, cui ius  
fuerat quitum.

CCCXXXIV.

Remissa bona Baroni de inquisito eum clau-  
sula, quod eligat iudicem in ciuitate, an  
possit iudex electus delegare ordinem iudicij,  
vel examina eorum, aut procedere extra ciuitatem.

CCCXXXV.

Occidens carceratum intra carceres, an teneat  
ur crimine laesae maiestatis, ita vt competat re-  
missio Baroni, & restituitur Bar. in l. 3. *Baroni  
fugit, ff. ad l. Cornel de sicariis.*

CCCXXXVI.

De Iudice in materia Criminum, ac poten-  
tia fori delicti, & iuxta cuius loci statuta pu-  
niendus sit, qui est alibi conuentus, ac de com-  
petentia ratione offensionis, & usurpatae iuris-  
dictionis, aut receptationis harritorum, & de-  
mum de reo plures habente iudices, cuius erit  
electio, praeterita ex privilegio, ac de clausu-  
la abdicata, delicto militari, sine communi,  
& de iurisdictionibus ac privilegijs concessis.

CCCXXXVII.

Vxorem occidens ex suspitione adulterij  
cum adultero, non in actu, sed ex intervallo,  
an puniendus, & quando, & late hanc mate-  
riam tractat decisio cum allegationibus. Et de  
poena eius, qui alterius genitalia ledit, & ab-  
scindit.

CCCXXXVIII.

Curiae familia petita ad associandum pro ca-  
pienda possessione, vel facultas ingrediendi, an  
impediatur per exceptionem, iudicij pendens  
super declaratione prodigalitate venditoris, &  
an illa possit impedire praetextu assecuratio-  
nis dotis per mulierem petita super illa se ablu-  
nata. Et mala super prodigalitate, & curatore  
prodigo dando, & quando illius contractus  
factus ante bonorum interdictionem valeat. Ac  
de materia assecurationis concedenda mulieri pro  
dote.

CCCXXXIX.



D. IO. FRANCISCI  
SANFELICII,  
DECISIONVM  
SVPREMORVM

Tribunalium Regni Neapolitani,

LIBER TERTIVS,

628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645

ARGVMENTVM.

*Nullitates an sint admittende adversus decretum latum in altercatione orta inter Ecclesiasticas personas super observantia remedium Capitulorum Regni.*

SVMMARIVM.

1. *In remedio Capitulorum Regni non proceditur in forma iudicij, sed per viam extraordinaria cognitionis.*
2. *Rex tanquam Dominus turbationes in Regno suo non permittit.*
3. *In hoc iudicio quia agitur de Summaria cognitione possessionis non datur repulsa, nec competentia beneficia, & ita iudicatum extat.*
4. *Cognitio remediij Capitulorum Regni ex antiqua observantia semper remittitur ad S. C. sublato spolio.*
5. *Decisa Regij Collat. Consil. refertur.*
6. *Probatio per evidentiam rei a iure permittitur in quolibet parte iudicij, etiam in iudicio summarissimo.*

DECISIO CCCXXV.

**I**N SVRGENTE altercatione inter Ecclesiasticas personas super observantia Remedium Capitulorum Regni pro recuperatione possessionis violentes spoliatae, & subsecuta restitutione rei, cum fuisset dictum de nullitate decreti haeritanti contigit, si admitti debuerant, vel non, de huiusmodi articulo in nostra praxi iudic. scilicet 30. num. 1. ita verba fecimus: A iurerto tamen quod in hoc Capitulorum Regni remedio, quia non proceditur in forma iudicij, sed per viam extraordinariae cognitionis, ut Rex tanquam Dominus Regni, non permittat turbationes in Regno

ino: quia agitur de summaria cognitione possessionis, non datur repulsa, nec competentia beneficia, & ita iudicatum fuisse, refert Anna alleg. 84. in fine, & denegatur restitutio adversus iudicatum Reg. Tapia dec. S. C. 14. in fine.

Vnde pro parte Episcopi, & Clerici fuit oppositum petendo declarari nullum decretum, & actum restitutionis possessionis sequutum, quibus nullitates propositis, quia non videbantur ob stare, & non defuit vni ex dominis experientia, & doctrina nemini secundus qui adducer eas non ob stare acclamavit, & ita censuit Collat. Conf. pro maiori parte, verum visam fuit remittendam causam ad S. C. reductis provisionibus Coll. Conf. ad ins, & iustitiam sub die 1. Octob. 1641. intervenientibus Ill. Duce Belvederej, Spectabilibus Regentibus Bernardo Zofia, Mathia Calanate, Ferdinando Azcon, & Ill. Marchione Heclote Capitio lero via mecum.

Moti ex antiqua observantia, qua semper fuit solitum cognitionem vitante Capitulorum Regni ad S. C. remitti sublato spolio, cum, iuxta Sacros 4. Canones cognitionalia ordinario certamine, quae in Ecclesiarum personas, atque negotia laicus non potest communi censura rationabiliter exercere, ad Ecclesiasticos Indices spectent, quod protestans sive Sapiens, & Pius Rex Robertus in cap. suis, praecipit charitas, per haec verba: Non exigentes in his cognitionalia ordinario certamine, quae in Ecclesiarum personas, & negotia non possent communi censura rationabiliter exercere, cuiusque decretum in forma, quae sequitur.

In causa Ren. Episcopi Potentolorum cum Regali Monasterio S. Clarae huius Fidei huius Civitatis, ut in actis, &c.

Die 1. Mensis Decembris 1643. Neap.

Facta de omnibus relatione S. E. in Collaterali Consilio per Spectab. Io. Franciscum Sanfelicium Collateralem Consiliarium, & Commissarium Delegatum, &c. ac viso memorali portecto pro parte d. Ren. Episcopi Potentolorum.

Illustissimus, & Excellentissimus Dominus  
A Vicerex,